

# Urkunde Nr. 70 bis 79

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **61 (1906)**

PDF erstellt am: **08.07.2024**

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

## Nr. 69.

1247, 6. August, Lyon.

Papst Innozenz IV, fordert Abt und Konvent von Pfävers auf, dem Kaplan Hartholo (Berchtoldo?) im Dienste Graf Hartmann des jüngern von Kyburg, eine Pfründe zu leihen, unter Androhung der Execution von Seite des Propstes von Münster.

Vatikan. Archiv. Berger, Regest. I, Nr. 3124. Bernoulli, Acta Pontif. Helvet. I, 240—241.

## Nr. 70.

1247, 13. August, Lyon.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Abt von St. Urban, dem kyburgischen Kleriker Heinrich eine Chorherrpfrund in Münster zu verschaffen.

Innocentius fervus fervorum dei. Abbati sancti Urbani Constantiensis diocesis.

Dignum est, ut in fortem domini evocatis provisionis ecclesiastice gratia impendatur, per quam ipsi clericatus officium avidius amplectentes libentiusque deo placeant exequantur. Hinc est, quod pro dilecto filio Henr(ico) dilecti filii nobilis viri — — comitis de Kibure nullum, ut afferit, beneficium ecclesiasticum affecto, mandamus, quatinus ipsum in ecclesia Beronensi Constantiensis diocesis, non obstante certo canonicorum numero iuramento seu quacunque alia firmitate vallato, vel si pro aliis in eadem ecclesia direximus scripta nostra, quibus nolumus [auctoritate presentium preiudicium] generari, aut aliqua sedis apostolice indulgentia per quam ipsius provisio impediri valeat vel differri, auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem et de prebenda sibi, quamcito se facultas obtulerit, provideri. Contradictores [si qui fuerint vel rebelles censura ecclesiastica sublato appellationis obstaculo compescentes]. Datum Lugduni, Idus Augusti [Pontificatus nostri] anno V<sup>o</sup>.

Regest. Vatic. Tom. XXI, fol. 454 b, ep. 143. Bernoulli, Acta Pontif. Helvetica I, 242.

## Nr. 71.

1247, 3. Oktober, Lyon.

Papst Innozenz IV. befiehlt Propst und Kapitel von Konstanz, den Chorherrn Friedrich von Beromünster, Notar und Rat der beiden Grafen Hartmann von Kyburg, als Chorherrn aufzunehmen und mit einer Pfründe zu bedenken.

Reg. Vatic. T. XXI, fol. 472, ep. 308. Berger, Reg. d' Innocens IV, T. I, Nr. 3358. Bernoulli, Acta Pontif. Helvetica I, Nr. 401, pag. 247.

## Nr. 72.

1247, 7. Oktober, Lyon.

Papst Innozenz IV. fordert Propst und Kapitel von Beromünster (oder Zürich, Chur — Kurionensibus?)<sup>1)</sup> auf, ihrem Mitchorherrn Friedrich, Rat des Grafen von Kyburg, eine Pfarrpfründe zu übertragen.

Reg. Vatic. T. XXI, fol. 471, ep. 296. Berger, Reg. d' Innozenz IV, T. I, Nr. 3346. Bernoulli, Acta Pontif. Helvet. I, Nr. 403, pag. 249.

## Nr. 73.

1247, 11. Oktober, Lyon.

Papst Innozenz IV. fordert auf Fürsprache des Edeln Ulrich von Klingen Abtissin und Konvent von Schännis auf, dem Priester Rüdiger von Thundorf, Neffen des Chorherrn Friedrich von Beromünster (Canonici Beronensis) eine Pfründe zu leihen.

Berger, Reg. I, Nr. 3392. Monumenta Germaniæ, Epist. II, 318, Bernoulli, Acta Pontif. Helv. I, 253.

---

<sup>1)</sup> An Chur 17. Oktober — mit Rücksicht auf die beiden Grafen von Kyburg — gleiche Mahnung. Bernoulli, Acta I, Nr. 413, pag. 255. Berger, Nr. 3346.

## Nr. 74.

1247, Indiction VI (nach 24. September).

Hesso (von Rinach), Chorherr zu Münster und Leutpriester in Hochdorf, stiftet bei den Johannitern in Hohenrain für sich, seine Eltern und seinen Bruder eine Jahrzeit.

Archiv Hohenrain. (H. v. Liebenau) Ostereier 1862, p. 17; Geschichtsfreund XXVII, 289.

## Nr. 75.

1250, 17. November, Konstanz.

Vergleich zwischen dem Bischof von Konstanz und dem Stift Münster wegen der Zehnten von Hochdorf, Pfeffikon und Sarnen und der Visitationskosten.

In nomine domini nostri Jehsu Christi amen. Vita brevis, hominum memoria labilis, malicia temporis ammonent, que geruntur scriptis perennari. Mota igitur questione inter venerabilem in Christo patrem, bone memorie Heinricum Constantiensem Episcopum, nomine ecclesie sue ex una, et reuerendos in Christo W. Prepositum et Capitulum Beronensem ex parte altera, super decimis in Hohtorf, in Pfaffincon, in Sarnon ecclesiarum ad dictum Capitulum ratione prebendarum suarum pertinentibus, quas idem dominus Episcopus nomine quarte, seu accessionis, aut procurationis sibi debita, pro quarta parte uendicabat, afferendo, id sibi et ecclesie sue de iure competere et consuetudine diutius obseruata, Proposito uero et capitulo predictis in contrario affirmante, se nichil horum debere, nec teneri ad soluendam quartam aliquam decimarum, ad hoc iura et consuetudinem antiquam et prescriptam allegando, licet procurationem anno quarto ratione uisitationis debitam persoluissent requisiti. Super hiis autem partibus inter se altercantibus laboribus et expensis non modicum fatigatis, tandem venerabili patre Eberhardo, dei gratia nunc Episcopo in predicta ecclesia Constantiensi presidente, per arbitrium prudentum uirorum electorum ab ipsis partibus, eis est equitate suadente terminata, uidelicet quod prepositus et

capitulum ante | dictum predia apud Castrum Tanneke, que dicuntur Sherliwalt et due curtes, uidelicet Speki et Hufeli, ac una curtis dicta Hunzenberc, apud Castrum Kulfapere in villa Rinhain, possessiones uirorum quondam | de Efcelincon. Item in reno apud Domum Predicatorum vna piscina. Item aduocatia, que dicitur vulgariter uffen ekkon, que pretio ducentarum marcarum empta sunt, conferendo dicto domino Episcopo et ecclesie Constantiensi | ab omni impetitione uel requiritone episcopi et ecclesie, et eiusdam pro tempore successorum super predictis, quarta, accessione, uel circuitu, seu quolibet iure, quocunque uocabalo nuncupentur, uel occasione con- | fuetudines alicuius, quod in ipsis decimis, uel apud dictum capitulum Beronenfem uidebatur habere, decetero sint penitus absoluti, nec teneantur episcopo dicta predia, que iam ipsi a dicto preposito et Capitulo collata | sunt, possidente in aliquibus predictorum decetero respondere. Sed idem dominus episcopus de fructibus prediorum sic receptorum, quasi permutationis nomine ut dictum est, solutus remaneat imperpetuum et contentus | omni prorsus exactionis specie uel iuris exhibitione circumscripta. Et ut tempore procedente per abusum aliquam, quod inter partes prouide noscitur ordinatum nequeat immutari, Conuentum est | inter partes, ut procuratis, que debetur episcopo ratione uisitationis in anno quarto, sicut hactenus consueuit accessionis tempore, quod vulgariter dicitur Zũuart, a dicto capitulo Beronenfi, et ecclesiis | sibi pertinentibus nullatenus requiratur. Verum ne sepedicta Beronenfis ecclesia ex tali ordinatione, a potestate seu iurisdictione diocesani sui dici possit libera et exempta, non incaute statutum | est inter partes et conceptum, ut saluis in omnibus aliis preter ea, de quibus in presenti tractatu cogitatum est, iure diocesano episcopus ipse, eiusque successores pro tempore, a sepefato Capitulo Beronenfi alio tempore, preter quam in anno quarto, ut dictum est, procuracionem sibi, cum uisitationis officium exercere uoluerit debitam et a iure concessum, recipere ualeat cum effectu. Renunciauerunt itaque partes predictae | pro se et successoribus vice et nomine ecclesiarum suarum hinc inde

legi, constitutioni, iuri et consuetudini, privilegiis, seu Indulgentiis, impetratis vel impetrandis, exceptionibus et iure minoris in integrum | restituendi, ac generaliter cuilibet defensionis, per quam ulla occasione eius, quod predictum est, statutum uel ordinatum inter ipsas possit impediri, et in parte uel in toto uideatur immutari. Ad cuius facti euidenciam | ut predicta prouisio ecclesiarum taliter facta, ullo cauillationis ingenio nequeat emoliri, presens instrumentum, ad petitionem partium est confectum, et sigillis earundem appositis communitum. Testes rogati interfuerunt: P. prepositus, Burcardus, decanus, Oeteno, R. de Hasenwile, Al. de Bolle, Walterus Dihtelarius, Walterus de Ramestein, B. Custos Curienfis, Livtoldus de Schilperc, Henricus de Straze, Ber. de Buffenanc, | et magister H. de Bizinhoven, canonici Constantiensis. Henricus et Heffo de Rinnach, Fridericus notarius de Kyburc. R. de Kuffenach. R. de Fonte, Petrus de Kernes, Walterus de Hohtorf, Egilolfus de | Ruda. Burcardus de Winon. Hugo de Phirreto, Hugo de Jegestorf et Wernerus de Triengen, canonici Beronenses, magister Kuno, magister Hermanus, magister Albertus; H. de Bifenbere, H. de Wigoltingen et | C. notarius canonici sancti Stephani, et alii quam plures. Datum Constantie, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. L. Indictione IX<sup>a</sup> XV. Kalendas Decembris.

An der Urkunde hangen das Rundsiegel des Bischofs, des Domcapitels und das Ovalsiegel des Capitels von Münster; das Siegel des Propstes fehlt.

Copie im Liber crinitus fol. 13, 62b—63b. Druck in Neugart, Cod. Alem. II, 193—195. Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgenössischen Bünde II, 1, 485.

Eine Erinnerung an diesen Vergleich erhielt sich in Hochdorf bis ins Jahr 1465. M. Estermann, Geschichte der Pfarrei Hochdorf pag. 12.

Wegen der Vogtei Eggen vide Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1 485.

Ueber die projektierte Revision dieses Vertrages durch den Bischof im Jahre 1692—1697 vgl. Riedweg, Stiftsgeschichte p. 350—351.

Im päpstlichen Breve vom 8. Jan. 1251 finden sich folgende Varianten zur Urkunde vom 17. Nov. 1250: Wernerum propositum, Hehtorf, Tenebee, Spebei, Hunzebere, Beuffaperc, Eschelincon, unam piscinam, Vffeneggon, de Bitzenhorem, de Wigobetingen.

Nach dem Vidimus vom 8. Jan. 1251 ist der Vertrag gedruckt mit Lesefehlern bei Neugart, Codex Dipl. II, 192 f.

### Nr. 76.

1250, 20. Dezember, Lyon,

Papst Innozenz IV. bestätigt den zwischen Beromünster und dem Bischof von Konstanz getroffenen Vergleich wegen Zehnten und andern Sachen.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri — — Episcopo Sedunensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte | dilectorum filiorum — — Prepositi et Capituli ecclesie Beronensis, Constantiensis dioecesis, fuit propositum coram nobis | quod cum inter eos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum — — Episcopum Constantiensem, dioecesanum eorum, cum | cuius predecessore litem inceperant, ex altera, super quibusdam decimis et rebus aliis suborta fuisset mate- | ria questionis: tandem mediantibus probis uiris amicabilem inter partes compositio interuenit, pro- | ut in litteris inde confectis plenius continetur; quam compositionem apostolico petierunt munimine | roborari. Nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati compositionem ipsam sicut sine prauitate pro- | uide facta est, et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice obseruata, auctoritate apostolica | duximus confirmandum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus dictos Pre- | positum et Capitulum super hiis non permittas contra confirmationis nostre tenorem ab aliquibus | indebite molestari. Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo | Datum Lugduni XII. Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno Octavo.

Die Bulle Papst Innozenz IV. hängt.

Copie im Liber crinitus fol. 64.

## Nr. 77.

1251, 8. Januar, Lyon.

Papst Innozenz IV. genehmigt den inserierten Vergleich zwischen Bischof Eberhard von Konstanz und dem Stift Münster wegen der Kirchenzehnten von Hochdorf, Pfeffikon und Sarnen und der Visitationskosten vom 17. November 1250.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis — — Preposito et Capitulo ecclesie Beronensis, Constantiensis dioecesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Ea que iudicio uel concordia terminantur firma debent et illabata perfiste- | re, et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur apostolico conuenit presidio communiri. Ex parte siquidem uestra fuit propositum coram nobis, quod cum inter uos ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum — — Episcopum Constantiensem, | dioecesanum uestrum, cum cuius predecessori litem inceperatis, ex altera, super quibusdam decimis et rebus aliis suborta fuisset materia questionis, tandem mediantibus probis uiris amicabilem inter partes compositio interuenit, prout | in litteris inde confectis, quarum tenorem de uerbo ad uerbum presentibus inferi fecimus, plenius continetur; quam compositionem apostolica petiistis munimine roborari. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati compositio- | nem ipsam sicut sine prauitate prouide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice obseruata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem litterarum | ipsarum talis est. In nomine domini nostri Iesu Christi; amen. Vita breuis etc. (Folgt Urkunde vom 17. November 1250.) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel, ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et | Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni VI Idus Januarii, Pontificatus nostri anno Octavo.

Die Bulle Innozenz IV. hängt.



Potthast, Reg. Pontif. 14 152; Kopp, Geschichte der eidgenössischen Bünde II, 1, 486. Druck: Nobiliaire Suisse II, 3—10; Neugart, Cod. Dipl. II, 192—195.

Kopie im Liber crinitus fol. 62b—63b; Liber Erni fol. 26b—27.

### Nr. 78.

c. 1251. 4. Februar.

Jahrzeitstiftung des Propstes Werner von Tannenfels in der Pfarrkirche in Sursee.

Nouerint univerſi, quod nos Wernherus prepoſitus Beronenſis dictus de Tannenvels pro remedio anime noſtre et parentum noſtrorum contulimus prebende altaris beate virginis in Eccleſia Surſe quoddam bonum noſtrum ſitum in Hofſtetten in barochia Willisowe.

Jahrzeitbuch der Kirche Sursee.

Geschichtsfreund XVIII, 150.

### Nr. 79.

1253, 31. Mai, im Kloster Wettingen.

Graf Hartmann von Kyburg, Graf R. von Rapperswyl, R. prepoſitus Beronenſis et Zovingenſis und andere Grafen, Freiherrn, Ritter und Geiſtliche bezeugen, Graf Hartmann der Jüngere von Kyburg habe bei der Beerdigung ſeiner Gemahlin Gräfin Anna von Rapperswil dem Stift Wettingen den Zehnten zu Hitzkirch (Hilzchilche) und die Mühle an der Brücke in Wettingen vergabt.

Gedrucktes Archiv Wettingen 1694 fol. 1250, Herrgott, Geneal. II, 302, Solothurner Wochenblatt 1830, 547, Zürcher Urkundenbuch II, 322—323. Neugart, Episcop. Constant II, 253.

### Nr. 80.

1253, 15. Dezember, Landshut und Neudorf.

Beim Vergleich zwischen Graf Hartmann dem jüngern von Kyburg und der Comthurei Köniz wegen Zehnten ist Zeuge magister Wernherus Beronenſis canonicus.

Fontes rer. Bern. II, 365.